



Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 3. Plerumque in hominibus magis, quam in aquis , causam esse
valetudinis offensæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

166 Cap. VII. Deum, etiam in.

formā, ut ita loquar, postulant, non esse, quod
vident sibi noxium esse, hoc est, apud im-

patientes. At quid tandem illis rectum est.

Plin. lib. apud quos nō est rectus intellectus? Taxu-
15. cap. 2. arbor est, non modò funesta, sed & venena-
ta. Ex hac si forte pocula confeceris, &
vinum infuderis, quantumuis suaue & de-
licatum, continuò fiet noxium & insalu-
bre. Ita amari sunt quorundā animi, apud
quos, omnia amarescunt. Vbiq; inueniunt,
quod illis displiceat; quia res non aspiciunt,
quales sunt, sed quales illis, turbato animo
& judicio, videntur.

§. III.

Plerumque in hominibus magis, quam in
quis, causam esse valetudinis offense.

Ast aliter Sancti suprà laudati, aliter ra-
tio recta, cui omnia opera Domini, vti sunt,
ita esse recta videntur. Ut ergo de querelis
illorū cognoscamus, ad tria capita possunt
reuocari: ad offensionem sanitatis, ad inunda-
tiones & diluvia; ad naufragia & suffoca-
nes. Ad primum quod attinet, communis e-
caussa est, cum omnibus creaturis: nulla ni-
nocet incautis. Certè de potu si sit sermo,
plures nimio vino, quam nimia aqua pota-
da, valetudinem amiserunt. Et quid tandi-
est,

est, quod abusu nō possit fieri perniciosum? Ipse sol quosdam, fixis oculis, eius ardentissimam lucem intuentes excæcauit. Quid mirum est, si & aquæ imprudètibus obsint? Habent oculos, quibus paludem pigrum ac putrescentes aquas, à fonte pellucido, discernant; cur ijs non vtuntur? cur, canum instar, obuia quæq; lambunt? immò cur non, canis instar, è Nilo bibentis, pericula cauent,? ideo ratio eis data est, vt ea bonū à malo discernant; ideo mala bonis, noxia vtilibus permixta, vt homines se discernere posse, ostendant. Cur obuijs vtūtur, quasi oculis & ratione carerent? Cur illis ferino impetu vtentibus res ad alium vsum factæ non obessent; qui etiam salubria in perniciē vertunt? Itaq; bonis quidā aquis offendunt sanitatem; sed sua culpa; sua intemperātia: cur, Thracum more, clausis oculis, uno dute, uno spiritu amphoras vacuant, & vel vaccam amy stide vincunt? quasi tota velint flumina epotare? Sunt, multis in locis aquæ insalubres? cur homines ibi habitant, vbi sedes est ranarum & serpentum? Cur nō aliò commigrant, vbi saliunt puri latices? vbi riui fluunt lacte dulciores? Argi, ob aridam terram, fontibus carent, puteis abundant.

Strabo.
lib. 8.

L 4

Quod

Marinæus
l. i. de reb.
Hispan.

Quod hominum industria, in vno, id natu-
ra, in alio loco compensat, immo & alio té-
pore. Est oppidū Lusitaniæ, *Villam nouam*,
vocant, ibi, cùm aliæ aquæ deficiunt, fons
oritur, Cal. Maijs, & ad Cal. vsq; Nouem-
bres aquas Villænouanis abunde diffundit:
postea verò occultatur, latetq; hieme tota,
& ad statum tempus, hoc est, ad Cal. Maias
renascitur, atq; incolas reuicit. Has vices
temporum & locorum seruat natura, qua
varietate delectat: nec vult omnes ubique
habitare. §. IV.

*Aquarum vitia, si non vtilia, saltem
emendabilia esse.*

Quin etiam insalubritas nonnullarum
aquarum dupli modo pensatur. Nam pri-
mó, si non sunt ad potum idoneæ, sunt ta-
men idoneæ ad alias usus medicinæ, rerum
ue aliarum. Secundò possunt etiam apti-
fieri ad bibendum. Egressi Israëlitæ de man-

Exod. 15. rubro venerunt in Mara, nec poterant bibere
23. aquas de Mara, eo quod essent amarae: unde
congruum loco nomen imposuit (Moyses) vo-
cans illum Mara, id est, amaritudinem. E-
murmurauit populus contra Moysen, dicens:
Quid bibemus? At ille clamanuit ad Dominum,
qui ostendit ei lignum: *quod cum misisset in* q. 4. 11.